ذَبِيح Spicules tuberum terrestrium. *Kam.*

ذُبَيْح *Idem*, *tum* Pastinaca silvestris et planta alia. *Kam.*, cujus pasta gaudent struthiocameli. *Dj.*

ذَابِح Signum, stigma in gutture in latitudine colli. *Kam.*; Crines, qui oriuntur inter inferiorem partem mandibulae (نصيل) et locum in gutture ubi mactari solet animal. *Kam.* سعد الذابح Duae stellae lucidae in cornu sinistro Capricorni, inter quas est spatium longitudinis brachii (ذراع). In anas jugulo est tertia stella parva tam propinqua illi, ut eam jugulare videatur. *Kam. Dj.*; *et per duas illas notata* Mansio lunae XXII. *ubi Alferg.*

ذَبْحَة, ذِبْحَة, ذُبْحَة *et* ذَبَحَة Dolor in gutture. *Kam. Dj.*; Angina; *aut* Sanguis suffusus pulmonesque. *Kam.*

ذُبَاح Fissura in interiore parte digitorum pedis. *Kam.* (*frequentius est* ذَبَاح); Planta venenosa. *Kam.*; Dolor in gutture. *Kam.*

ذَبِيح *Fem.* ة Mactatus, mactandus, destinatus sacrificio. *Kam. Dj.*; Hostia, *vel* id quod sacrificio aptum est. *Kam.*; *cum artic.* Ismaël fil. Abrahami, quem pro Isaac supponunt. *Kam.*

ذَبِيحَة *Pl.* ذَبَائِح Sacrificandum animal, hostia, *pec.* quae immolatur Meccae. *Dj. Maid.*

ذُبَاب Plasmae in interiore parte digitorum pedis. *Kam. Dj.*

مَذْبَح Locus in quo jugulatur, mactatur. *Kam.*; Fissura in terra spithami circiter magnitudinem habens. *Kam. Djesh. Pl.* مَذَابِح Adyta *templi. Kam. Dj.*

مِذْبَح Instrumentum, quo jugulatur, mactatur. *Kam.*

مَذْبُوح Is cui *barba* sub inferiore mento est *c. p. r. Kam.*

ذَبْذَبَ *n. a.* ذَبْذَبَة 1) Motus fuit in aëre suspensa (*res*). *Kam. Dj.*; 2) Defendit *familiam suam c. a. r. Kam.*; 3) Noxam intulit *c. a. p. Kam.*; 4) Movit, commovit *rem c. a. r. Kam.* II Palpitavit, commotus fuit. *Dj.* (*uter, mamma*). *Mar.*

مُذَبْذَب Non quiescens, semper iter faciens. *Hamas. p. 188*

ذَبْذَبٌ Penis. *Kam. Dj.*; *item* Nomen putei cuiusdam. *Kam.*

ذَبَابِيبُ (*non est Pluralis forma*) Penis. *Kam.*

ذَبْذَبَةٌ Lingua. *Kam.*; Penis. *Kam.*; Testiculus. *Kam. Plur.* ذَبَابِيبُ Res quae in sella muliebri ornamenti causa suspendantur. *Kam. Dj. Vocem* انْكِبَابِيب *et de* inferioribus vestis partibus fimbriisque *adhibent. conf. Harir.* 525.

مُذَبْذَبٌ *Kam., et quoque* مُذَبْذَبٌ *Kam. Dj.* Incertus animi inter duas res haesitans.

مُذَبْذِبٌ Non quiescens, semper incedens.

ذَبَرَ *F. o. et i. n. a.* ذَبْرٌ 1) Scripsit, exaravit (*librum*) *c. a.* *Kam. Dj.*; 2) Punctis notavit *c. a. r. Kam.*; 3) Occulte *aliis* celeriter legit *librum c. a. r. Kam.*; 4) *F. i. n. a.* ذَبَارٌ Accurate adspexit et vidit. *Kam.*; *et inde* 5) Intellexit, percepit sensum *nuntii c. a. r. Kam.*; 6) ما احسن ما يذبر الشعر Quam optime recitat carmina. *Kam.* b) ذَبِرَ Luxus fuit. II *n. a.* تَذْبِيرٌ Scripsit, exaravit (*librum*). *Kam.*

ذَبْرٌ *Pl.* ذُبُرٌ Liber scriptus in foliis palmarum (*haec significatio Himjaritarum idiomati propria est*). *Kam. Diw. Huds.*; Folium chartae. *Kam.*; *item* Scientia rei. *Kam.*; Iurisprudentia. *Kam.*

ذَبِرٌ Facilis lectu (*liber*). *Kam.*

ذَابِرٌ Bene discens, et edoctus scientiam. *Kam.*

مُذَبَّرٌ Variegata multisque figuris ornata *vestis*. *Kam.*

ذَبَلَ *F. o. n. a.* ذَبْلٌ *et* ذُبُولٌ 1) Marcida, flaccida fuit *planta*, *et de cute*. *Kam. Dj.*; 2) Extenuatus gracilisque fuit (*equus*). *Kam. Dj.*; 3) *Mala precantes alicui dicunt Arabes* مَا ذَبَلَ ذَبْلَهُ *vel* ذَبِلَ ذَبِلًا *vel* ذَبِلَ ذَبَلًا (*hoc ad vim significationis augendam*). b) ذَبُلَ Flaccida, marcida fuit *planta*. *Kam. Dj.* IV Flaccidum reddidit *c. a. r. Kam. Dj.* V Incessit modo viri gracilis (*mulier*), *vel* Superbi modo vacillante utrinque corpore incessit. *Kam.*

ذَبَلٌ Cutis *vel* dorsum testudinis marinae seu terrestris; *aliis* Os dorsi alias animalis maximi, ex quibus armillae et postines confleiuntur. *Kam. Dj.*; Armillae. *Gol. ex Meid.*

ذِبْلٌ *i. q.* ثِفْلٌ Orbitas. *Kam.*; *et hinc dicitur* ذِبْلٌ ذِبْلٌ *ut* ثِفْلٌ ثِفْلٌ. *Kam.*; Equus macilentus. *Reisk. ad Gol.*

ذَابِلٌ *F. i. Pl.* ذُبَّلٌ, ذُبُلٌ Tenuis, flexilis (*hasta*). *Kam.*; Emaciatus. *Hamas.* *Inde Pl.* ذَوَابِلُ Hasta (*poet.*).

ذُبَالٌ Ulcera in latere prodeuntia et intus in cavum penetrantia. *Kam.*

ذَبَّةٌ Labiis sicca (*mulier*). *Kam.*

ذُبْلَةٌ Globulus stercoris unus. *Kam.*; Odor funesti. *Kam.*

ذُبَالَةٌ *et* ذُبَابَةٌ *Pl.* ذُبَالٌ Ellychnium torquendo factum. *Kam. Dj. Amru 'l 'Kaisi Moall. v.* 69. *schol. Sur.*, cuius pars oralt. *Harir.*

مُذَبْذِبٌ Verrucosus. *Gol. ex Lev. XXII*, 22.

ذَبَلَةٌ (*pro* ذَبَلَةٌ) Labiorum siccitas propter sitim. *Kam.*

ذُبْيَانُ *et* ذُبْيَانٌ *Pl.* ذَبَايِينُ Nomen tribus Arabicae.

ذَبَا (*i. q.* ذَبَّ) Extenuatum, flaccidum fuit. *Dicitur* ذبت شفته. *Hamas. p.* 742.

ذَجَّ 1) Bibit (*vid.* ذَأَجَّ); 2) Rediens venit, advenit ex itinere. *Kam.*

ذَاجٌّ Ex itinere advenions. *Kam.*

ذَحَلَ *n. a.* ذَحْلٌ Iniustus fuit *erga aliquem c. a. p. Kam.*

ذَاحِلٌ Iniustus. *Kam.*

ذَحْمَةٌ *pro* نَحْمَةٌ Sermo, verbum. (*Gol. ex Kamuso sed neque in Calcuttensi nec in Turcico legitur.*)

ذَخَّ *n. a.* ذَخٌّ 1) Pulsus percussit *aliquem c. a. p.*; 2) Coivit *cum femina c. a. p.*; 3) Fidit *lignum c. a. r.*; 4) Contrivit, comminuit *rem c. a. r.*

ذَوْذَخٌ Qui semen emittit ante coitum; *aliis est* Impar coitui. *Kam.*

ذَحَجَ *F. a.* (*conf.* نَحَجَ) *n. a.* ذَحْجٌ Decortichavit *rem c. a. r. Kam.*; De loco in locum traxit rapuitque ventus *aliquem c. a. p. Kam.* IV Mocatus fuit, substitit *aliquo loco c. ب l. Kam. Dicitur quoque* ازحجت المرأة على ولدها Post mortem mariti curam filii sui habuit mulier.

ذَحْذَحَ *n. a.* ذَحْذَحَةٌ 1) Brevibus passibus nans celeriter incessit. *Kam.*; 2) Abripuit et dispersit *pulverem ventus c. a. r. Kam.*

ذَحْذَحٌ Parvo corpore magnoque ventre praeditus. *Kam.*

ذَحْذَاحٌ *Id. Kam.*

ذَحِقَ Excoriata fuit ex morbo (*lingua*). *Gol. ex Mar.*

ذَحْلٌ *Pl.* ذُحُولٌ *et* أَذْحَالٌ Talio, vindicta. *Kam. Dj.*, *vel* Desiderium vindicandi iniuriam. *Dicitur* طلب بذحله, *vel* Inimicitia, odium. *Kam.*

ذَحْلَطَ Confuse locutus fuit. *Kam.*

ذَحْلَمَ 1) Iugulavit, mactavit *c. a. r. Kam.*; 2) Praeiecit in locum profundum (دَهْوَرَ). II تَذَحْلَمَ *i. q.* تَدَهْوَرَ. *Kam.*

ذَحَمَ *i. q.* ذَأَمَ *c. a. Kam.*

ذَحْمَلَ (*ut* ذَحْمَلَ) Volvit, volutavit *c. a. Kam.*

ذَحَا *F. o.* (*conf.* ذَأَى) 1) Vehementer abegit, propulit *camelos. Kam.*; 2) Inivit *mulierem c. a. p. Kam.*

ذَحَى *n. a.* ذَحْيٌ *F. i.* 1) Percussit *lanum* instrumento مطرقة appellato *c. a. r. Kam.*; 2) Affecit *gentem ventus* quum ab eo tecta non esset *c. a. p. Kam.* (*Observandum est hanc radicem cum proxime antecedente in Kamuso Calcutt. cum puncto diacritico super littera* ح *scribi, id quod vitiosum videtur; adnotatum enim est in Kamuso Turcico istam litteram puncto diacritico carere.*)

مَذْحَاةٌ Arboribus nuda *terra. Kam.*

ذَخْذَاخٌ Scrutator cuiusque rei. *Kam.*

ذَخْذَخَانٌ Is, qui distincte et diserte loquitur. *Kam.*

ذَخَرَ *F. o. n. a.* ذُخْرٌ (*al. nomen act.* ذَخْرٌ *est*) Selegit, *vel* paravit in usum temporis futuri *c. a. r. Kam.* *Aliis est* Abscondit in temporis futuri usum *rem*, recondidit in thesaurum *c. a. r. Kam. Dj.* VIII اِذَّخَرَ *et* اِدَّخَرَ *Id. Kam. Dj.*

ذُخْرٌ *Pl.* أَذْخَارٌ Quod in futuri temporis usum electum et paratum est. *Kam. Dj.*

ذَاخِرٌ Pinguis. *Kam.*

ذَخِيرَةٌ *Pl.* ذَخَائِرُ Res reposita in futuri temporis usum *Kam. Dj.* ||

إِذْخِرٌ *nom. gener. nomen unit. c.* ة *Pl.* أَذَاخِرُ Schoenanthum, iuncus odoratus. *Kam. Dj.*

مَذَاخِرُ *Pl.* Inferiora ventris interanea, *scil.* eae partes, in quibus pabulum et aqua sunt. (*tam de hominibus quam de animalibus*). *Inde dicitur* تملأت مذاخر فلان Quidam satiatus fuit, *et* ملأت الدابة مذاخرها Satiavi iumentum. *Kam.*; Venae. *Kam.*

مُذَخَّرٌ Equus, qui propter cursus velocitatem eligitur. (*Pro* المُبْقِي, *quod in Kamuso Calcutt. legitur, legas* المُنْقِي.) *Kam.*

ذُخَفٌ Arum colocasia; *item* Arum flavum. (*Forsk. Flor. Aeg. Arab. CXX et* 157. *Nam recta sit scriptio dubitare licet.*)

ذَرَّ *F. o. n. a.* ذَرٌّ 1) Sparsit, disseminavit *sal, aroma. Kam. Dj.*; Inspersit (*in oculum medicamentum*) *c. a. r. Kam. Dj.*; *inde* 2) Resuscitavit, *ut in his* ذر الله عباده في الأرض; 3) *n. a.* ذَرٌّ, ذُرُورٌ Corrugata fuit *caro. Kam.*; 4) *n. a.* ذُرُورٌ Ortus fuit *sol. Kam. Dj. Hamas.*; 5) Primum germen emisit *de herba et cornu. Kam. Dj.*; 6) *F. o. a. n. a.* ذَرٌّ (*F. a. rarius est*) Canuit anteriore capitis parte *vir. Kam.*; 7) Primum germen *plantae* emisit *terra c. a. plant. Kam.*; 8) Vultum avertit iratus. *Gol. ex Mar.* III *n. a.* ذِرَارٌ, مُذَارَةٌ Maligna fuit *camela. Kam. Dj.*

ذَرْ *Imperat. ab* وَذَرَ Missum fac.

ذَرٌّ *nom. gener.* (*nom. unit.* ذَرَّةٌ) (*Djeuhario est* ذَرٌّ *Pluralis a Singulari* ذرة) Formicula perquam exigua, *Kam. Dj.*; *inde* Res atomi instar in aëre volitans.

ذِرَارٌ Ira, alienatio mentis. *Kam.*

ذَرُورٌ *Pl.* أَذِرَّةٌ Res trita, *uti sal, vel medicamentum*; Res, quae inspergitur oculo. *Kam.*; Species stibii (اثمد); Aroma. *Kam. Dj.*

ذَرِّيٌّ Maxime splendens *gladius*; Splendor (*gladii*). *Kam.* (*Quia in eo formicae repere videntur.*)

ذُرَارَةٌ Partes rei, quae spargendo disperguntur. *Dicitur* هذه ذرارة الطيب. *Kam.*

ذَرِيرَةٌ Aromatis species quaedam et ذرور appellati, quod ex India affertur. *Kam. Dj.*; Calami aromatici fragmenta

et aquae inspergi solita, qua lavantur defunctorum corpora. *Gol. ex Mera. Maj.* قصب الذريرة Calamus aromaticus. *Gol. ex Beith.*

ذُرِّيَّةٌ *Pl.* ذُرِّيَّاتٌ *et* ذَرَارِي *Kam.*, ذَرَارِيّ *Dj.*; Liberi, nepotes, progenies (*a* ذرأ creavit *derivatam esse volunt vocem*). *Kam. Dj.*; Mulieres. *Kam.* (*Formam* ذرية *ut in Singularis ita in Pluralis significatione adhibent. Sunt etiam qui vocem* ذَرِيَّة *efferant.*)

مُذَرٌّ Maligna *camela*, *pec.* in pullum. *Kam. Dj.*

مِذَرَّة Instrumentum, quo grana secuntur. *Kam.*

ذَرَأَ *F. a. n. a.* ذَرْأٌ 1) Creavit, procreavit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Multiplicavit (*rem*) *c. a. r. Kam.*; 3) Consevit *terram c. a.*; 4) Deciderunt dentes *ex ore c. nomin. oris. Kam.*; 5) ذَرَأَ *F. a.* Canuit *vel* anteriore tantum capitis parte. *Kam. Dj.* b) ذَرِيَ Canus fuit *vel* anteriore tantum capitis parte. *Kam. Dj.* IV Ad iram lucitavit *c. a. p. Kam.*; Terruit *c. a. p. Kam.*; Impulit *ad rem c. a. p. et* ب *r.*; Fecit ut confugeret *ad aliquam rem c.* الى *r. et a. p. Kam.*; Fluere fecit *lacrymas c. a. r. Kam.*; Emisit (*lac*) appropinquante pariendi tempore *c. a. r. Kam.*

ذَرْءٌ Aliquid, res. *Kam.* ذَرْءُ النار Igni inferno destinati sunt quum Deus eos crearet. (*Sunt, qui* ذَرْوُ النار *enuncient.*) *Kam. Dj.*; Velum. *Dicitur* ما بيننا ذرء Nos non separat velum. *Kam.*

ذِرْءٌ ذِرْءٌ Voces quibus ad muletram caprae vocantur. *Kam.*

ذَرْءٌ Canities in anteriore capite. *Dj.*

ذَرِيٌّ Sparsus *de semine. Kam.*

ذِرْءَةٌ Vocatio caprarum ad muletram. *Kam.*

ذُرْءَةٌ Canities, *vel* Initium canitici in anteriore capitis parte. *Kam. Dj.*

ذَرَآنِيٌّ *vel* ذَرْآنِيٌّ (*male* أَنْذَرَانِيٌّ) Valde candicans (*sal*). *Kam. Dj.*

أَذْرَأُ *Fem.* ذَرْآءُ Canus *vel* anteriore capitis parte canescens. *Kam.*; Cuius in capite est album quid *vel* punctis nigris albisque variegatas aures habens reliquo corpore nigro *de ariete, equo. Kam. Dj.*

مُذْرِئٌ Quae lac emittit paulum ante pariendi tempus *de camela. Kam.*

ذَرَبَ *F. a.* Acuit. *Kam.* b) ذَرِبَ *n. a.* ذَرَبٌ, ذَرَابَةٌ 1) Acutus fuit *de gladio. Kam.*; *sed de lingua* Male locutus fuit de hominibus. *Kam.*; 2) Sanari non potuit *vulnus. Dj.*; 3) *F. a. n. a.* ذَرَبٌ, ذَرَابَةٌ, ذُرُوبَةٌ Corruptus fuit (*stomachus*). *Kam. Dj.*; Laboravit (*venter*), modo laxus, modo constipatus; *et contra* 4) Bonam conditionem habuit stomachus *Kam.* II *n. a.* تذريب Acuit *c. a. r. Kam. Dj.*; Portavit, donec desiderio suo satisfecerit *infantem mulier. Kam.* (*mihi videtur* sugendo. *Ita in Kamuso legitur* التذريب حمل المرأة طفلها حتى يقضي حاجته). IV Acuit, acutum reddidit *c. a. r. Kam.*

ذَرْبٌ Scalprum sutoris. *Kam.*

ذِرْبٌ Glandula in collo hominis vel iumenti. *Kam.* *aliis* Morbus in iecore. *Kam.*

ذَرَبٌ *Pl.* أَذْرَابٌ Corruptio, amplitudo vulneris vel fluxus sanici ex vulnere. *Kam.*; Corruptio stomachi. *Kam.*; *et contra* Bona stomachi conditio. *Kam.*; Morbus, qui sanari non potest. *Kam.*; Diarrhoea. *Reisk. ad Gol.*; Rubigo. *Kam.* *Pl.* أَذْرَابٌ Obscoenitas in verbis. *Kam. Dj.* *Dicitur* لسانه ذرب ٤; Inhonestus, insanus et non conveniens sermo. *Kam.* الذربان *Dual.* Malum et Dissensio. *Dicitur* رماه بالذربين. *Kam.*

ذَرِبٌ *Pl.* ذُرْبٌ, *Fem.* ة *Pl.* ذَرِبَاتٌ Acutus, *de quavis re. Dj.* *Dicitur* قوم ذُرْبٌ Homines acuti et similes gladio secanti. *Kam.*; Acri lingua praeditus, clamosus. *Kam. Dj.*

ذُرَابٌ Venenum. *Kam.*

ذِرْبَةٌ Clamosa *et* acri lingua praedita *mulier. Kam. Djeuh.* *Pl.* ذِرَبٌ Scrophula, glandula in faucibus. *Kam.*; *i. q.* ذَرِبٌ.

ذِرْيَبٌ Flos flavi coloris. *Kam.*

ذَرَبَى Vitium. *Kam.*

ذَرَبِيٌّ Malum, infortunium. *Kam.*

ذَرَبِيَّا Vitium. *Kam.*; Infortunium, noxa. *Kam. Dj.*

مِذْرَبٌ Lingua. *Kam.*

مُذَرَّبٌ Venenatus (*gladius*). *Kam.*; Acutus, acie praeditus. *Dj.*

مَذْرُوبٌ *F.* ة Acutus, acie praeditus. *Dj. Hamas.*

أَرْضٌ ذَرْبَاضَةٌ Terra omnino luto constans. *Kam.* (*Quod in editione Calcutt.* ذَرِيضَة *legitur vitiosum est.*)

ذَرَحَ 1) (*a* ذِرَاح *derivatum*) *P. a.* Cantharidibus infecit (*cibum*) *c. a. Kam.*; 2) *conf.* ذَرِيَ Dispersit *rem in ventum c. a. r. et* بِ. *Kam.* II Cantharidibus infecit (*cibum*) *c. a. Kam.*; Crudi parum cum aqua miscuit *c. a. r. Dj.*; Luto illevit novum vas aquarium ut bonum sit *c. a. r. Kam.*

ذَرْحٌ Arbor, ex qua sellae conficiuntur. *Kam. conf. Forsk. Flor. Aeg. Ar. p. XCVI.*

ذِرَاحٌ Tenue et aqua mixtum *lac. Kam.*

ذُرَاعٌ, ذُرُوعٌ, ذُرُوحٌ, ذُرَّاحٌ, ذُرُوحٌ, ذُرُوحٌ, ذُرُوحٌ, ذَرَارِيحُ, ذَرِيحَةٌ *Pl.* ذَرَارِيحُ (*et Pl.* ذَرَارِحُ *Meid.*) (*Sibaweihio est Plurale a* ذُرَحْرَحٌ) Cantharis. (*Animalculum venenum infectum rubrum punctis nigris notatum, quod volat*). *Kam. Dj.* ذُو ذَرَارِيحَ Nomen regis Iemanensis. *Kam.*; Princeps quidam Tamimitarum. *Kam.*

ذُرَحْرَحٌ *et* ذُرَحْرُوحٌ (*Deminut.* ذُرَيْرِحٌ) Cantharis una.

ذَرِيحٌ Montana regio; *inde nomen unitat.* ذَرِيحَةٌ Mons, collisve unus. *Kam.* (*In Djeuharii codice forma Pluralis* ذَرَارِيحُ *adnotata est, eademque in Meidanii proverbiis.*); Nomen cameli cuiusdam admissarii, a quo cameli nomen acceperunt. *Kam.*

أَحْمَرُ ذَرِيحِيٌّ Ruber purpureo colore, purpura, valde ruber. *Kam. Dj.*

ذَرِيحِيَّاتٌ Cameli ab admissario ذَرِيحٌ appellato originem ducentes. *Kam.*

مِذْرَحٌ Cui plus aquae admixtum est *de lacte et melle. Kam.*

ذَرْذَرَ *n. a.* ذَرْذَرَةٌ Sparsit, dispersit *sal etc. c. a. r. Kam.*

ذَرْذَارٌ Multiloquus, garrulus. *Kam.*

ذَرِزَ *id. q.* ذَرِزَ. *Kam.*

ذَرْضَى *Praet.* ذَرْضَيْتُ Modo turpi et foedo edit, manducavit cibum. *Kam.* (*Hoc ex* ذَرِضَ *mutatum est.*)

ذَرْظَاءُ Modus turpis cibi edendi, manducandi. *Kam.*

أَذْرِيطُوسُ Nomen medicamenti. (*Est vox Graeca in linguam Arabicam recepta*). *Kam.*

ذَرَعَ (*a* ذِرَاع *derivatum*) 1) Pene ذِرَاع appellata mensus fuit *panneum c. a. r. Kam. Dj.*; Menum expandit. *Gol. ex Mar.*; 2) Praevaluit ut retinere illum non posset *vomitus c. a. p. Kam. Dj.*; 3) Incitatus ac velox fuit *Gol. ex Mar.*; 4) Intercessit *apud aliquem c.* لِ *p.* b) ذَرِعَ 1) Intercessit *apud aliquem c.* لِ *p. Kam.*; 2) Pessi fuerunt (*pedes*). *Kam.*; 3) Bibit ex parvo utre, qui ذِرَاع dicitur. *Kam.*; 4) Concepit *c.* مِنْ *p.*; 5) Pedem posuit super partem *cannli* ذِرَاع appellatam, ut eum conscenderet *c. a. camel. Kam.*; 6) Strangulavit *aliquem* brachio (ذِرَاع) a tergo *c. a. p. Kam.* II Strangulavit brachii parte ذِرَاع adhibita a tergo *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; *n. a.* تَذْرِيعٌ Nuncivit *alicui aliquid de nuncio suo c.* لِ *p. et a. r. et* مِنْ *r.*; Ligavit in nemo habena *cameli c.* لِ *Kam.*; Amplus fuit *vel (ut mihi videtur)* Manum extendit manus in natando. *Kam.*; In rigando adhibuit manus easque movit in eo *c.* فِي *r. Kam.*; Movit *in incessu* armus *c.* فِي. *Kam. Dj.*; *n. a.* تَذْرِيعٌ Confessus fuit *c.* بِ *r. Kam.*; Innuit laetum nuncium afferens. *Kam. Dj.* III *n. a.* مُذَارَعَةٌ Ulnis vendidit. *Kam.* (*Quod in Kamusi editione Calcutt. legitur* وَبِالْخِرَافِ *vitium est. Cum praecedente conjungatur* وَبِالْخِرَافِ *aut fortasse legatur* وَبِالْخِرَافِ). Commercium habuit *cum aliquo c. a. p. Kam.* IV Brachio prehendit, cepit *c. a. r. Kam.*; Brachiis amplexus fuit. *Gol. ex Mar.* اَلذِّرْعُ ذِرَاعَيْهِ مِنْ تَحْتِ الْجُبَّةِ Extendit et emisit brachia, quae sub tunica erant; Concepit. *Gol.*; Multus fuit *in sermone c.* فِي *r. Kam. Dj.*; Vitulum habuit *vacca sylvestris. Kam. Dj., vid.* ذِرْعٌ *sq. Kam.*; Diffissus fuit in singula segmenta ulnae longitudinem habentia. *Kam.* V Multus fuit in sermone et modum excessit (*originem duxisse dicunt hanc significationem a brachiis extendendis. Dj.*); Mensuravit cubito. *Kam.*; Cunimetos fuit sive cognatione sive alio modo cum aliquo. *Kam.*; Descendit in cisternam (*camelus*) usque ad armus. *Kam.*; Fidit (*mulier*) palmae folia, ut stercum iis conficeret. *Kam.* VII Longe processit *in itinere c.* فِي. *Kam.* VIII اِذْرَعَّ Emisit extendens brachia quae sub tunica erant. X Accessit, ut quidem mihi manere. *Gol. ex Mar.*; Sumsit et paravit sibi rem pone quam lateret (*venator*) *c.* بِ, *vid.* ذَرِيعَةٌ. *Kam.*

ذَرْعٌ Extensio manus. *Inde* ذرعه ابحثرت خلاف Plus exegisti a quodam, quam praestare potuit. *Dj.* اقصد بذرعك *vel* فرعك Tui rationem habe, tenet respice. ضاق بالامر ذرعا Impar fuit rei perficiendae. ضاق بالامر ذَرْعِى Impar fui isti negotio. ضعيف الذرع Impotens. خالى الذرع Curis non occupatus. واسع الذرع Ingenii dotibus amplis praeditus. *Kam.* ما اوسع فى البلاغة ذرعه Quam eloquens est! قوائم ذرّعات Pedes celeres. *Dj.*

ذَرْعٌ Concupiscentia. *Kam. Dj.* *Pl.* ذِرْعَانٌ Vitulus vaccae sylvestris. *Kam. Dj.*; Cumulus, pone quam se abdit venator inculaturus praedam. *Kam.*

ذَرِعٌ Longam ad maledicta linguam habens. *Kam.*; Die nec-tenque itec faciens. *Kam.*; Is qui bonus est in familiari consortio. *Kam.* الذرعات Celeres, didactis passibus incedentes. *Kam.*

ذراع *Nempe* اولاد كذراع Asini et canes. *Kam.*

ذَرْعَةٌ (*et quoque* ذراع) *Pl.* ذُرُعٌ Quae celeritate praestoque est (*mulier*). *Kam. Dj.*

ذِرَاعٌ *gener. femin. (sed masculinum quoque genus eidem tribuunt)* *Pl.* ذُرْعَانٌ *et* أَذْرُعٌ Pars brachii ab extremo cubito usque ad extremitatem digiti medii. *Kam. Djeuh. conf.* عضد; Brachium (ساعد). *Kam.*; In anterioribus homi et avium pedibus ea pars, quae *super* parte كراع appellata est. *Kam.*, In camelis, equis, mulis, asinis ea pars, quae super parte وظيف appellata est. *Kam. Dicitur* ضاق بالامر ذراعه Rem perficere non potuit. *Kam.* واسع الذراع Ingenii dotibus amplis praeditus. *Kam. conf. Hamas. p.* 180. 699. *Tum vox* ذراع *componitur cum voce* كراع *et rem significat hac meliorem, ut in his* اعطى العبد كراعا وطلب ذراعا Dedit servo vilem rem et petiverunt hominem; *et* كان كراعا فصار ذراعا Fuit vilis et evasit potens. *In loco autem Wahidaei apud Hamakerum p.* 16. *text. Arab. utrumque pro re vili adhibetur, pedes enim mactatorum animalium non in magno pretio habentur*; Ulna sive ferrea sive arundinea sit. *Kam.*; Signum in armo camelli. *Kam. Dj.*; Signum tribui Banu-Tsalibah in Iemanae regione degenti solitum et genti ex tribu Banu-Malic ben-Sahd. *Kam.*; Anterior pars hastae. *Kam.* حبل الذراع Vena per brachium extensa. *Dj.*; *inde* هو منى على حبل الذراع Hoc in manu mea est *i. e.* praesens, in promtu. *Dj.*, *vid.* ذرع; *et* ذراع الذراع *et* ذراع الاسد Arctus Ieonis (sideris); Duae stellae lucidiores in capite Geminorum, mansio lunae septima. *Una ex hisce stellis appellatur* الذراع البسوطة *altera* الذراع المقبوضة (*Herrorem Arabum de situ earum detexit cl. Idelet in libro inscr. Untersuchungen üb. d. Sternnamen. p.* 152. 287). *Kam. Dj.* ذو الذراعين Cognomen poetae Malic ben-Alharits appellati. *Kam.* اولاد ذراع Canes et asini. ذراع الجوزا Nomen sideris. *conf. Ideler. p.* 228. ذراع العامل Erectum lustae corpus; *item Pl.* ذُوَارِعُ Uter exiguus, a parte armi excoriando detectus. *Dj.*

ذَرُوعٌ Leviter incedens et amplis passibus (*de equo vel camelo*). *Kam.*

ذَرِيعٌ Leviter incedens et amplis passibus *de equo et camelo*. *Kam. Dj.*; Celer. *Dj.*; Amplus *de rebus*. *Kam.*; Intercessor. *Kam.*; Repentina mors. *Kam.*

ذَرِيعَةٌ Id quo cum altero coniungimur (وسيلة). *Kam.*

ذَرَّاعٌ Qui camelam prosequitur armo cupidus incundi et ad procumbendum impellit *de camelo*. *Kam.*; Parvus uter, cuius pellis a latere armi detracta est. *Kam.*

ذَرِيعَةٌ *Pl.* ذرايع Camelo pone quam se abdit venator inculaturus praedam. *Kam. Dj.* *Pl.* ذَرَائِعُ Causa, qua cum altero coniungimur (وسيلة). *Dicitur* هو ذريعتى الى فلان. *Kam. Dj.*

أَذْرَعُ Servo patre et libera matre natus; *aliis* Cuius pater Arabs est, mater serva. *Kam.*; Valde disertus, facundus. *Kam.*

أَذْرَعُ *Comp.* اذرع قتلوم Celerrime nece eos occiderunt. *Dj.*

أَذْرِعَاتُ *et* أَذْرُعَاتُ Locus in Syria, a quo vicinus أَذْرُعِىٌّ appellatum nomen accepit. *Dj.*

تَذْرِيعٌ Quod tempore ante Muhammedem captivi brachium uroco vel re خلوق appellata tingebatur, quod signum caedis erat. *Mirkh. I.* 128.

مُذَرَّعٌ Pullum habens (*vacca sylvestris*). *Dj.*

مُذَرَّعٌ Nigris in armo maculis praeditus *taurus*. *Kam.*; Qui matrem patre nobiliorem habet, quasi nomen accepit a duabus rebus كُمَيْت, appellatis, quas multus ab asino patre accepit. *Kam. Dj.*; Is, cuius dum amputatum est iugulum in armos defluit sanguis. *Kam.*; Equus praecursus; *aliis* Is qui attingit feram, et cuius armi sanguine inficiuntur, dum venator in eo sedens perfodit ferum. *Kam.*

مُذْرِعٌ Cubiti altitudine terram penetrans (*de pluvia*). *Kam. Djeuh.*

مِذْرَعٌ *Pl.* مَذَارِعُ *et* مَذَارِيعُ Regiones urbis, *vel* Fugi situ

medii inter optimo cultum et desertam regionem. *Kam. Dj.* *Vox* مَذَارِع *apud incolas Nedjd eandem significationem habet, quam* مخاليف *apud incolas regionis Iemen et* مزالف *in Hidjazi regione:* Provincias, *ex. gr.* Anbar et Kadesia in Iraca; Pulsus habitaculis vicinus. *Kam.*; Pedes iumenti. *Dicitur* بعير قوي المذارع. *Kam. Djeuh.*

مُذَرَّع Qui in armis maculas nigras habet *de tauro. Dj.*

مُذَرَّعَة Hyaena, quae in armo habet strias. *Kam.*

أَذْرَعَف *pro* أَدْرَعَف *quod vide. conf. De Sacy Anth. Gr. Ar. p.* 38 *text.*

ذُرْعِيط Spissum *de lacte. Kam.*; Appetens quamlibet rem *de viro. Kam.*

ذَرَفَ *F. i.* 1) *n. a.* ذَرْف, ذُرُوف, ذَرِيف, ذَرَفَان *et* تَذْرَاف Fluxerunt ex oculis (*lacrymae*) *cum nominat. lacrym. Kam. Djeuh.*; *et* Lacrymas fudit (*oculus*) *c. nominat. ocul. Kam. Dj.*; *et* 2) *n. a.* ذَرَفَان Incessit infirmus. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَذْرَاف, تَذْرِفَة, تَذْرِيف Effudit (*lacrymas*) *c. a. r. Kam.*; Exercit *centum c.* ب *r. Kam. Dj.*; Fecit, ut *alicui mors* immineret *c. d. a. Kam.*

ذَرِيف Fluens (*de lacrymis*). *Kam.*

ذَرَّاف Lacriter fluens.

ذَوَارِف Fluentes aquae. *Gol. ex Mar.*

مَذَارِف Hirqui, interni oculorum angeli (*propr.* Loci ubi fluunt lacrymae). *Kam. Dj.*

مَذْرُوف Munus *de lacrymis. Kam.*

ذَرَّقَ *F. o. et i. n. a.* ذَرْق *i. q.* زَرَّقَ Stercus exercit (*avis*). *Kam.* IV *Id. Kam.*; *et a* ذُرْق *derivatum* Herbam حَنْدَقُوقَة protulit (*terra*). *Kam.* V *et* VIII *et* اِذَّرَّقَ Oculis indidit lac aqua mixtum. *vid.* مذرق. *Kam.*

ذَرْق Stercus *avium.*

ذُرْق Herba quae حَنْدَقُوقَة dicitur. *Kam.*

مُذَرَّق Lac cum aqua mixtum. *Kam.*

ذَرْقَطَ *n. a.* ذَرْقَطَة Protulit, pronunciavit *sermonem c. a. r. Kam.*

ذَرَمَ *n. a.* ذَرْم Proiecit (pariendo) *infantem mulier c.* ب. *Kam.*

ذَرْمَلَ 1) Cucurrit *puer. Kam.*; 2) Cineribus inquinatum panem ex furno eduxit, ut celeriter eum hospiti apponeret *vir. Kam.*

ذَرَا *F. o. et i. n. a.* ذَرْو *et* ذَرِي 1) Abripuit, dispersit *ventus rem c. a. r. Kam. Dj.*; *inde* 2) Ventilavit *triticum. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* ذَرْي Sparsit *semen c. a. r. Gol.*; 4) *F. o. u. a.* ذَرُو Commolestus fuit *pecunia. Gol.*; 5) Fregit *rem c. a. r. Kam.*; 6) Abreptus fuit, *abiit. Kam.*; 7) Celeriter cucurrit *dorcas. Kam.*; 8) *F. u. n. a.* ذَرْو Celeriter praeterlit *quidam. Dj.*; 9) Exciderunt dentes *ex ore c. nomin. oris. Kam. Dj.*; 10) Clare et distincte locutus mentem exposuit. *Relsk. ad Gol.* b) *media Kasrata* Laetatus fuit c. ب. *Gol.* II Abripuit *ventus rem c. a. r.*; Ventilavit, *ut frumentum paleas*; Relicta lanae particula notavit tonsam *ovem: quo dignosci possit c. a. Djeuh.*; Aurum quaesivit *in terra fodinae c. a. terrae* (*a ventilando et sparganda terra*). *Kam.*; *n. a.* تَذْرِيَة Laudavit *aliquem c. a. p. Kam.* ذَرَّى حَسَبَه Laudavit eum. *Dj.* IV Abripuit (*ventus*) *rem c. a. r. Kam.*; Praecidit eo modo, quo quis semen spargit *rem c. a. r. Dj.*; De equo deiecit *c. a. p. et* عن *r. Dj.*; Fuderunt *lacrymas* (*oculi*) *c. a. r. Dj.* V Ventilatum fuit *frumentum. Kam.*; Adscendit in fastigium *rei* (*a* ذروة). *Kam.*, *gibbum c. a. Dj.*; Supremae nobilitatis *faciem* affinitate sibi iunxit *c. a. Dicitur* تذريت بني فلان وتنصبتهم (*Alazmai*). VIII ذُرِّي Dispersit pulverem. *De Sacy Anthol. Gramm. Ar. p.* 38. *t. Ar.* X Iniit feminam admissarius. *Gol. ex Mar.*; Expetivit admissarium libidinosa *capra. Kam. Dj.*; Umbram cepit quaesivitve *ab ariete c.* ب *e. Djeuh.*; Praesidium *alicuius* implorevit; Confugit *ad aliquem c.* ب *p. Djeuh.*

ذُرَة *pro* ذُرْو *vel* ذُرِي Granorum species. *Kam. Dj.*; Milii genus, *scil.* melina, *vulgo* dora. *Gol. conf. Sprengl. hist. rei herb. p.* 246.

ذُرِّي Res qua quis tegitur, tutela. *Inde dicitur* لَا فِي ظِلّ فلان وفي ذراه. *Dj.*; Septum habitandi, atrium domus. *Meid.* من ذراك Tua ex parte. *Relsk. ad Gol.*; Res a vento abreptae. *Dj.*; Lacrymae effusae. *Dj.*

ذُرِّي Sparsae rei et abreptae ventu partes. *Kam.*

ذِرْوَةٌ et ذُرْوَةٌ Pl. ذُرًى Fastigium, vertex rei. *Kam. Dj.*; Summitas gibbi camelini. *Dj.*

ذَرْوَةٌ Quod ventilando reiicitur. *Kam.*; Partes fractae plantae aridae; Sparsae abreptae vento rei partes. *Kam.*

ذَارِيَاتٌ Dispergentes, celeriter transeuntes, *pecul.* venti. *Dj.*

إِذْرَاءٌ Impulsio, instigatio. *Reisk. ad Gol.*

مِذْرًى et مِذْرَاةٌ Pl. مَذَارِي Ventilabrum; lignum dentatum, quo acervus triturati frumenti iactatur, ventilandi ergo. *Dj.*

مِذْرَيَانِ *Dual. varet Singulari (Refert quidem Aba-Ohbaidah Singularem esse* مذرى, *quod alii negant, huius enim formae Dualis esset* مذريان) Prominentes clunium extremitates. *Kam. Dj.*; Duae capitis extremitates. *Kam.*; Duo arcus extrema, in quae incidit nervus. *Kam. Dj.* *Dicitur* جاء يَنْفُضُ مِذْرَوَيْهِ Venit hostili animo terrorem immissurus. *Kam. Dj.* Muharrar 69,5 Muhaza 60 ...

ذِرْيَاقٌ *Idem est quod* درياق *et* ترياق.

ذَشٌّ *i. q.* دَشٌّ. *Kam.*

أَذَطُّ Mandibulas distortas habens. *Kam.*

ذَعَاعٌ *Nom. gener.* ذعاعة *nom. unit.* Agmen, caterva. *Kam. Djeuh.* *Dicitur* جاوا ذعاعا Catervatim venerunt; Viles (*de palmis*). *Kam.*; *et* Interstitium inter duas palmas.

ذُعَاعٌ Interstitium inter duas palmas. *Kam.*

ذَيْعُوعَةٌ Dispergi, palam fieri arcanum.

ذُعْبَانٌ Lupus iuvenens. *Kam.*

رأيتهم مُذْعَابِينَ Vidi eos quasi hyaenarum iubae essent *i. e.* dum unus alterum sequebatur. *Kam.*

تَذَعَّبَ Terrorem incusserunt *alicui daemones c. a. p.* VII Fluxit continuo fluxu *aqua.*

ثوب ذَعَابِيلُ Vestes lacerae. *Reisk. ad Gol.*

ذَعَتَ *n. a.* ذَعْتٌ *i. q.* ذَأَتَ Valide strangulavit *c. a. p. Kam.*; 2) Volutavit *in terra c.* في *l. Kam.*; 3) Vehementer propulit, repulit *c. a. p. Kam.*

ذَعَجَ *F. a.* 1) Vehementer propulit, trusit *c. a. p. Kam.*; 2) Inivit *puellam c. a. p. Kam.*

ذَعْذَعَ 1) Dispersit, dissipavit *de opibus rebusque aliis c. a. r. Kam. Dj.*; *inde* Divulgavit (*arcanum*) *c. a. r. Kam.*; 2) Agitavit vehementer *arborem ventus c. a. r. Kam.* II Dispersus, dissipatus fuit. *Kam. Dj.*

ذَعْذَاعٌ Qui evulgat arcana. *Kam.*

ذَعَاذِعُ Pravae *de palmis. Kam.* تفرقوا ذَعَاذِعَ Hinc illinc dispersi fuerunt. *Kam. Dj.*

مُذْعَذَعٌ *vel rectius* مُزَعْزَعٌ Adoptivus, nothus, spurius. *Kam.*

ذَعَرَ *F. a. n. a.* ذَعْرٌ Terruit *c. a. p. Kam. Dj.* b) ذُعِرَ Metuit, terrorem concepit. *Kam.* IV Terruit *c. a. p. Kam.* V Territus fuit. *Kam.*

ذُعْرٌ Terror, metus. *Kam.*

ذَعَرٌ Attoniti animi stupor. *Kam.*

ذُعَرٌ Formidabile negotium. *Kam.*

ذَاعِرٌ (*rectius* داعر) Homo nequam. *De Sacy Anthol. Gramm. Ar. p. 36. t. Ar.* اهل الذعارات Strofenjus Ibn Sa 5,263,8

ذَعْرَاءُ Nates. *Kam.*

ذُعْرَةٌ *Id. Kam.* ذعيرة Sultanus (mantle) Mus 05 V/II 157,16

ذُعَرَةٌ Mutacilla avis, *quod ob trementem semper caudam in continuo esse metu videtur. Kam.*

ذَعُورٌ Territus, trepidus. *Kam.* امرأة ذَعُورٌ Ob culpam territa *mulier. Kam. Dj*; Sermo turpis. *Kam.*; Camela refugiens uberis contactum. *Kam. Dj.*

ذَعَارِيرُ Dispersi in varias partes. *Dicitur* تفرقوا ذعاريرَ. *Kam.*; Id quod *e naribus* effluit *c. genit. Kam.*

ذُعْرِيَّةٌ Gravis, calamitosus *de anno.*

مَذْعُورٌ *Fem.* ة Territus, pavens. *Kam.*; *et Fem. peculiariter* Metuens sibi a suspicione *mulier.* ناقة مذعورة Furens camela. *Kam.*

مُتَذَعِّرٌ Territus. امرأة متذعر Ob culpam territa mulier. *Kam.* رجل متذعر Territus vir. *Kam.*

مُذَعَّرَةٌ Furens (*de camela*). *Kam.*

ذَعَطَ *F. a.* Mactavit *vel* inopinato mactavit, peremit *c. a. Kam. Dj.* Gamhara 119,11

ذَاعِطٌ Inopinata (*mors*). *Kam.*

ذَعُوطٌ Celeris, inopinata (*mors*). *Kam.*

ذَعَفَ *F. a.* 1) Propinavit venenum (ذعف) *c. a. p. Kam. Dj.*; 2) Veneno infecit *cibum c. a. r. Kam.*; 3) Mortuus fuit. *Kam.* b) ذَعِفَ *F. a.* Mortuus fuit. *Kam.* IV Occidit celeriter *aliquem c. a. p. Kam.* VII Concidit subito spiritus facultate abrupta et cordis motu desinente. *Kam.*

ذَعَفٌ Venenum *vel* venenum confestim interimens. *Kam.* حيّة ذَعَفُ اللعاب Celeriter occidens serpens. *Kam.*

ذُعَافٌ *Pl.* ذُعُف Venenum. *Kam. Dj.*, *vel* confestim interimens. *Kam.*; *et* موت ذعاف *i. q.* ذُوَاقٌ Mors repentina. *Kam. Dj.*

ذَعْفَرٌ Mora. *Kam.*

مَوْت مُذْعِف Repentina, celeris mors. *Kam.*

مَذْعُوفٌ Veneno imbutus (*cibus*). *Kam. Dj.*

ذَعَقَ *F. a.* Inclamando terruit *aliquem c. a. p.*

ذُعَاقٌ Lethalis *de morbo*; *et i. q.* زُعَاقٌ Salsa *de aqua. Kam.*; Sonus, vox.

ذَعَلَ *n. a.* ذَعْلٌ Ante negotium confessus est *rem c. a. r. Kam.*

تَذَعْلَبَ Subduxit sese clanculum. *Dj.* IV Celeriter incessit obivitque (*camelus*).

ذِعْلِبٌ *et* ذِعْلِبَةٌ Camela celeriter innedens. *Kam.*; Struthiocamelus. *Kam.*; Necessitas levis. *Kam.*; Extremitas vestis. *Kam.*; Panniculus, Vestis lacerata et dependens. *Kam.*

ذُعْلُوبٌ Panniculus, *alias* vestis lacerata et dependens; *Pl.* ذَعَالِيبُ Extremitas et ora vestis. *Kam. Dj.*

ثوب ذَعْلَبِيٌّ Lacera vestis. *Kam.*

مُتَذَعْلِب Levibus vestibus indutus. *Kam.*; Abiens secreto. *Kam.*; Decumbens (مضطجع). *Kam.*

ذَعْلَفَ Effecit, ut quis a via aberraret et periret *c. a. p. Kam.*

ذُعْلُوقٌ Oleris species porro similis. *Kam.*; Adolescens in iram pronus et agili ingenio praeditus. *Kam.*; Avis quaedam parva. *Kam.*; Species quaedam tuberae terrae. *Kam.*; Ovis levis et angusti oris. *Kam.* (*videtur speciem quandam ovium significare*). ذُعْلُوقِ ذُعْلُوقِ Vox, qua oves vocantur ad mulgendum. *Kam.*

ذَعْمَطَ *i. q.* ذعط *c. a. p. Kam. Dj.*

ذُعْمُطَةٌ Mulier improba, adultera. *Kam.*

ذَعَنَ Obsequens fuit, paruit *alicui c.* ل *p. Kam.* IV Humiliavit submisitque se, celeriter obedivit *alicui c.* ل *p. Kam.*, *et additur* للطاعة *Abulf. Ann. I.* 482; Confessus fuit, affirmavit *c.* ب *r. Hamas. p.* 11.

مِذْعَانٌ Obsequens (*de camela*). *Kam.*

رَأَيْتُهُمْ مُذْعِنِينَ *pro* مذعنين *vitiose scribitur. Kam.*

ذَغَّ Iuivit *puellam c. a. p. Kam.*

ذُغَرٌ Vespertilio. *Forsk. Faun. p. V.* (*Dubito num scripto recte sit.*)

ذِغْمُورٌ Semper odii plenus, ut nunquam cesset *vir. Kam.*

ذَاغِيَةٌ Fatua (*mulier*). *Kam.*

ذَفَّ 1) Properavit *in re c.* في *r. Kam.*; 2) *F. i.* Celeris fuit *vel* celeriter interfecit *pestis. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* ذَفّ, ذَفَفٌ, ذِفَافٌ Properavit interficere (*saucium*); Omnino interfecit *c.* على *p. Kam. Dj.*; 4) Celeriter obortae fuerunt manaruntque *lacrymae. Col. ex Mar.*; 5) خُذْ ما ذَفَّ لَكَ *pro* ذَفَّ. *Kam.* II *n. a.* تَذْفِيف Properavit interficere *aliquem c. a. p.* [*Kam. Dj.* (*conf.* دفف); Levem fecit, allevavit. *Dicitur* ذَفِّفْ جِهَازَ إِخَانِكَ. IV أَذَفَّ *et* أَذَافَّ Interficere *aliquem* properavit *c. a. p. vel c.* على *p. vel c.* ل *p.* X *pro* استذفّ. (*Sunt autem qui* استذفّ *rectiorem enunciandi modum esse dicant. De Sacy Anthol. Gramm. Ar. p.* 88.) Parata, instructa fuit, perfecta fuit (*res*). *Kam. Dicitur* خُذْ ما استذفّ لَكَ. *Kam.*

ذُفٌّ Oves. *Kam.*

ذُفٌّ Aqua pauca. *Kam.*

ذُفَافٌ Aliquid. *Kam.*; *et nomen* Quum aliquis sauciam interficere properat. *Kam.*

ذِفَافٌ Aliquid. *Kam.* *Dicitur* ذفاق ذفاق ; *item* Venenum lethale. *Kam. Dj.* ما فيه ذُفَافٌ Non aliquis ei deditus est. *Kam.*

ذُفَافٌ Venenum lethale. *Kam.*; Aqua pauca. *Kam. Dj. Pl.* ذُفَفٌ Humor, mador; Celer, agilis *vel* agilis in incessu. *Kam. Dj. Coniunguntur voces* خُفَفٌ ذُفَافٌ.

ذَفِيفٌ Velox, celer, festina (*mors*). *Kam. Coniunguntur voces* خَفِيفٌ ذَفِيفٌ Agilis et promtus, celer. *Kam. Dj.*

مُذَفَّفٌ Levis, celer (*de sagitta*). *Kam.*

ذَفْذَفَ 1) Interficere propervit *sauciam c. a. p. Kam.*; 2) Superbiuse et cum fastu incessit. *conf.* فذفذ. *Kam.*

ذَفِرَ *F. a.* Fragravit, *aliis* praecipue de foetore axillarum. *Kam.*

ذَفَرٌ Foetor axillarum. *Dj.*

ذَفَرٌ Fragrantia odoris. *Kam.*, sive bonus sit sive malus, *Dj.*; *aliis praecipue* Foetor axillarum. *Kam.*; Foetor. *Kam.* (*conf.* ذفر); Semen admissarii. *Kam.*

ذَفِرٌ *Fem.* ة Fragrans odore. *Kam. Dj.* *Ita dicitur* مسك ذفر; *et* Aeris foetore. *Kam.* *Dicitur* رجل لذفر Vir, cui est foetor axillarum. *Dj.*

ذِفِرٌ *et quoque* ذَفَرٌ *Fem.* ة Parte capitis ذِفْرَى magna praeditus (*cameli*). *Kam. Dj.*; Validus, robustus. *Kam.*; Magna corporis statura praeditus. *Kam.*; Iuvenis longus, perfectus, robustus. *Kam.*

ذَفِرَةٌ Plantae cuiusdam nomen. *Kam.*

ذِفْرَى (*sine nunnatione et cum ea*) *Fem. Pl.* ذِفَارَى, ذِفْرَيَاتٌ (*Sunt, qui dicant* ذَفَارٍ) Cranii pars protuberans vel cavitas pone aures. *Duplex in Kamuso huius vocis explicatio reperitur, quae eandem fere sensum praebet* من المقدّم الى نصف القذال او العظم الشاخص خلف الاذن; Locus in capite iumenti pone aures, qui sudat. *Dj.*

ذَفِرَةٌ Praestans camela. *Kam.*; Asinus crassus. *Kam.*

أَذْفَرُ *Fem.* ذَفْرَآءُ Fragrans, acriorem emittens odorem. *Ita*

dicitur مسك اذفر. *Kam. Dj.*; *item* الذفراء Herba vere nascens. *Kam.*; Ingrati odoris herba quaedam, ut eam vix pecudes depascantur. *Dj.*, ruta sylvestris. *Gol. ex Raz.* تنبيهة ذفراء Turma olens, *ob ferri et rubiginis odorem. Dj.*

مَذْفُورَةٌ روضة Hortus abundans plantis ذفراء appellatis. *Kam.*

ذُفْرُوقٌ *idem quod* ذفروق. *Kam.*

ذَقَطَ *F. i.* 1) Coivit cum femella (*de avibus, hirco*); 2) Excrevit e ventre (*musca*) *vel* ذقط *in utraque significatione rectius est. Kam.*

ذَقِطٌ Debilis. *Kam.*

ذَقْطَسَ *i. q.* دقطس; Perdidit opes suas. *Kam.*

ذُقَلٌ Scillicidium tenue. *Kam.*

ذُقَاحَةٌ Falso imputata crimen. *Kam.*

تَذَقَّحَ Falso imputavit crimen *alicui c.* ل *p. Kam.*

مُتَذَقِّحٌ Falso imputans *malum c.* ل *r. Kam.*

ذَقْذَاقٌ Promte et celeriter loquendi facultate praeditus *Kam.*

ذَقَطَ *F. i. n. a.* ذَقْطٌ *et* ذُقْطٌ 1) Cum femella coivit (*de avibus, hirco*). *Kam.*; 2) E ventre excrevit (*musca.*) *Kam.* V Accepit sensim et paulatim *c. a. r. Kam.*

ذَقِطٌ Iratus. *Kam.*

ذُقْطٌ *Pl.* ذُقْطَانٌ Parvae muscae. *Kam.*

ذُقَنَةٌ Impurus, improbus *de homine. Kam.*

ذَقِيطٌ *Id. Kam.*

ذَقْطَانٌ Iratus. *Kam.*

مَذْقُورٌ Muscarum excrementis inquinata (*cara*). *Kam.*

ذَقَنَ (*a* ذَقَنٌ *derivat.*) 1) Percussit in mento *c. a. p. Kam. Dj.*; 2) Leviter palma percussit in occipite. (*Pro* نقذ, *quod in Kamusi editione Calcutt. legitur, legas* فقذ) *c. a. p.*; 3) Mento laesus fuit *manu, baculo c.* على *r. Kam.* b) ذَقِنَ Oram inclinantem habuit (*situla*). *Kam. Dj.* II Mentum praebuit fulciendi causa *in baculo manuve c.* على. III Avertavit, oppressit *aliquem c. a. p. Kam.* IV Opem tulit in tollenda re. *Gol. ex Mar.*

ذَقَنٌ Decrepitus, cadnens, senex. *Kam.*

ذَقْنٌ *et* ذِقْنٌ *masc.* *Pl.* أَذْقُنٌ Mentum. *Kam. Dj.*; *inde prov.* اِسْتَعَنَ الْمُثْقَلُ بِذَقْنِهِ Gravatus utitur ope menti sui; *scil.* camelus plus satis onustus mentum, seu vectem, terrae applicat, quo subsidat. In afflictum quadrat, ne laboranti, qui miserioris quam ipse est opem implorat. *Kam. Dj.* ذَقْنُ الشَّيْبَةِ Planta quae et ذَنَبُ الثَّوْرِ appellatur (*Aristida ascensionis?*). *conf. Forsk. Plant. Aeg. Arab. CIV.*

ذَقُونٌ Cui inter eundum laxius pendet mentum *de camelo. Kam. Dj.*; Cuius ora inclinat *de situla. Kam.*, unguen gravisque (*urna*).

ذَائِقَةٌ *Pl.* ذَوَائِقُ *Dissentiunt de sensu* Inferior menti pars; Scrobs menti, *vel* Faucium extremitas vel superne arteriae caput *vel* extremitas eius prominens *vel* clavicula (تَرْقُوَة), *vel* Inferior ventris pars circa umbilicum; Limen inguli, *vel* Superior ventris pars. *Kam. Dj.*

أَذْقَنُ *F.* ذَقْنَاءُ Longiore praeditus mento. *Kam. Fem.* ذُقْنٌ *Pl.* ذُقْنَاءُ Cuius pudenda pendent. *Kam.*

أَذْنَقُ *F.* ذَنْقَاءُ Pendulis auribus et laxo naso praeditus (*de equo*). *Kam.*

اَلْمَذْكُورَةُ Mulier proba et religiosa. *Kam.*

ذَكْذَكَةٌ Vita animi. *Kam.* (*Tum de tranquillitate et hilaritate animi adhibetur. Kam. Turc.*)

ذَكَرَ *F. o.* 1) *n. u.* ذَكْرٌ (*e* ذَكِرَ) Penem *alicuius* verberavit *c. a. p. Kam.*; 2) Narravit, memoravit orde vel lingua *c. a. r. vel* بِ; *inde* Laudavit. ذَكَرَ عَنْهُ Memoravit de eo *i. e.* quae ab eo acceperat. ذَكَرَهُ بِالشَّيْءِ Rem quamdam ei tribuit; 3) *n. u.* ذِكْرٌ *et* ذُكْرٌ, تَذْكَارٌ Memoria tenuit *c. a.*; Recordatus est *rem* postquam eius oblitus erat *c. a. r. Dj.* (*Fabricius in scholiis ad Hamasae carmina discrimen esse constituit inter vocem* ذِكْرٌ *et* ذُكْرٌ, *illa vi* ذِكْرٌ *in recordatione animi*, ذِكْرٌ *autem in memoratione, quae lingua fit, adhibeatur. conf. p.* 26. 126. 479.) 4) Conservavit *ius suum c. a. r.*; 5) Legit Coranum, sanis intentus fuit. *Gol.*; 6) *n. u.* ذُكْرٌ Expetivit (*mulierem*) filio in coniugem *c. a. p. Kam.* II *n. u.* تَذْكِيرٌ (*conf.* ذُكْرٌ) Instruxit chalybe caput *securis aliusve rei. Kam.*; In memoriam revocavit, fecit, ut aliquis recordaretur *c. d. a. pers. et r. Kam. Dj.*; Monuit *c. d. a. Kam.*; Masculini generis fecit *c. a. Kam. Dj.* III Memoriae illius *c. a. Gol. ex Mar.* IV Fecit ut aliquis recordaretur *alicuius c. d. a. Kam. Dj.*; Masculum prolem peperit *femina. Kam.*; Laudavit. *Gol. ex Moten.* V Recordatus fuit *c. a. r. Kam. vel c.* بِ VI Invicem recordati fuerunt. VIII اِذْكَرَ *et* اِذَّكَرَ Recordatus fuit *rem c. a. r. Kam. Dj.* X Recordatus fuit, In memoriam revocavit sibi, postquam oblitus fuit *c. a. r. Kam.*; Legit studiose et repetendo memoriae mandavit. *Kam.*

ذِكْرٌ Recordatio. *Kam.* ذُو ذِكْرٍ Memoria tenens, recordandi *homo. Kam.*; Mentio rei; Res memorata. *Kam.*; Factum memorabile; Commemoratio, fama. *Kam. Dj.*; Laudatio. *Kam. Dj.*; Nobilitas. *Kam.*, *ut in his* وَالْخَوَانِ فِي الذِّكْرِ; Preces Deo factae, eiusve invocatio. *Kam.*; Liber, in quo est expositio religionis. *Kam.*; Robustus, fortis, refractarius *vir. Kam.*; Vehemens imber *de pluvia. Kam.*; Durum, firmum (*de verbo*). *Kam.* ذِكْرُ الْحَقِّ Syngrapha (صَكّ). *Kam.*

ذُكْرٌ Recordatio, *ut in his* مَا زَالَ مَعِي عَلَى ذُكْرٍ Rem semper recordatus sum. *Kam. Dj.*

ذَكَرٌ *Pl.* ذُكُرٌ, ذُكْرَةٌ (ذُكُورٌ, ذُكْرَانٌ, ذِكْرَةٌ. *Dj. Kam.*), ذُكُورَةٌ. *Kam.*; Mas. *Kam. Dj.*; Durum siccum ferrum, chalybs. *Kam. Dj. Meid.* (*Contractum huic est* أَتِيمٌ.) ذَكُورُ الْبَقْلِ Crassiora et duriora olera quae ad amarorem accedunt. سَيْفٌ ذَكَرٌ Splendens et duro ferro s. chalybe confectus gladius. *Dj. Pl.* ذُكُورٌ. *Kam. et* مَذَاكِيرُ. *Kam. Dj.* Membrum genitale maris, penis, veretrum. *Kam.* ذَكَرٌ, ذَكِيرٌ Memoria bene retinens *vir. Kam.*

ذُو ذَكْرٍ Secans *gladius. Dj.*

ذَاكِرُونَ Memorant, *et* Gentus. *Gol. ex Mar.*; Orans, supplicans Deum. *Reisk. ad Gol.*

ذَكِيرٌ Memoria tenens *homo. Kam.*; Praestantius ferrum, chalybs. *Kam.*

ذَكَرَةٌ Similis *viro femina. Kam.*

ذِكْرَةٌ Recordatio, reminiscentia. *Dj.*; *et* كَمِ الذِّكْرَةِ مِنْ وَلَدِكَ Quot sunt filii inter tuos liberos? *Dj.*

ذُكْرَةٌ Pars chalybis in capite securis aliusve rei. *Kam.*;

Acies gladii. Kam.; Vehementia et vis animi in viro. Kam. Dicitur ذهبت ذكرة الرجل.

ذُكْرَةٌ Fama, rumor. Kam.

ذَكِير Animal bovis magnitudine. Forsk. Faun. p. 5.

ذِكْرَى Recordatio; Monitio. Kam. Dj. Dicitur ذكرتهم ذِكْرَى.

ذِكِّيرٌ Memoria tenens homo. Kam.

ذُكُورَةُ الطِّيبِ Odoramentum, unguentum in quo non est inquinamentum. Kam.

ذُكْرَةٌ Mares palmarum. Kam.

أَذْكَرُ Acutior. Kam.

تَذْكِرَةٌ, تِذْكَارٌ Recordatio, memoria, μνημόσυνον. تَذْكِرَة Memoriae adminiculum, quo rem necessariam recordamur; inde Pl. تَذَاكِرُ Id, quod nos Register appellamus. Kam. Dj.

مُذْكِرٌ Marem pariens (femina camela). Kam. Dj.

مِذْكَارٌ Marem pariens femina. Kam.; Qui vel quae masculum gignere vel parere solet. Dj.; Harrendum de deserto. Dicitur فلاة مذكر. Kam.

مُذَكَّرٌ Masculini generis factus; Masculinus gladius splendens. Kam. (Abu Obbaid refert, hac voce significari gladios quorum acies ferro duro s. chalybe, caetera pars ferro molli confecta sit. Sunt, quibus a gemis confectos gladios significent.); Grave (infortunium). Kam.

مُذَكَّرَةٌ Similis viro femina. Kam.

مَذَاكِيرُ Testiculi. Meid.

مُذَكَّرَةٌ Grave infortunium. Kam. ناقة مذكرة الثنيا Camela magno capite praedita, quia caput in alearum ludo in commodum eam vendentis excipitur. Kam.; Quae tam forma corporis quam natura camelo mari similis est (camela). Dj.

مُتَذَكِّرَةٌ Similis viro femina. Kam.

ذَكَا Praet. ذَكَتْ F. o. n. a. ذَكْوٌ, ذَكًا et ذَكَاةٌ Arsit vehementer (ignis). Samachschari. Dj. ذَكِيَ F. a. Acre et promtum fuit ingenium, mens. Kam.; Praediit extititque (dens); n. a. ذَكًا, ذَكَاةٌ Mactavit c. a. r. Kam.

b) ذَكِيَ F. a. n. a. ذَكَاءٌ Acre et promtum fuit ingenium, mens. Kam.; et Acri ingenio praeditus fuit. c) ذَكُوَ Id. II Fecit, ut vehementi flamma arderet (ignis) c. a. r. Kam. Dj.; n. a. تَذْكِيَةٌ Mactavit. Kam. Dj.; Crassus, corpulentus fuit; Consenuit, senex fuit vir. Kam. Dj. IV Effecit, ut vehementiore flamma arderet ignis c. a. r. Kam.; Submisit in illum exploratores c. a. r. et على p. Kam. X Praet. اسْتَذْكَتْ Arsit vehementiore flamma ignis. Kam.

ذَكَاءٌ Acumen et promtitudo ingenii mentisque. Kam. Dj.; Provecta aetas et adulta. Dicitur بلغت الدابة الذكاء. Kam. Dj. conf. مُذَكٍّ.

ذُكَاءُ Fem. Sol, sine Articulo; unde ابن ذكاء Aurora. Kam.

ذَاكٍ Acris odore de moscho. Kam.

ذَكْوَةٌ Fomes ignis. Kam.; Pruna ardens. Kam.

ذَكِيَّةٌ Fomes ignis, quo hic magis ardescit. Kam.

ذَكِيٌّ Fem. ة Pl. أَذْكِيَاءُ Acutus mente. Kam.; Mactatus. Kam.; Fragrans, de odoramento moscho appellato. Kam. Dicitur مسك ذكي et مسك ذكية; Ardens. Hurir.

ذَكِيَّةٌ Vehementer ardens ignis. Kam.

ذَكْوَانَةٌ Pl. ذَكَاوِينُ Ephippium parvum (سَرْج). Kam.

أَذْكَى Excitatior acutiorque ingenio ac mente; Magis ardens. Kam.

مُذْكٍ Fem. ة Iterum iterumque pluens (nubes). Kam. Tum idem quod مُذْكٍّ. Hamas. p. 217.

مُذْكٍّ Fem. ة Pl. مَذَاكِي et مُذَكِّيَاتٌ Cui unus vel duo anni, post dentitionem finitam praeterlapsi sunt equus. Kam. Hac vero aetate quum equi molestiis ferendis maxime apti sint, in pretio maximo habentur et a poetis laudantur. conf. Selecta ex historia Halebi. p. 141. adnot. v. 4. (مُخْلِفٌ in camelis dicitur.)

ذَلَّ F. i. n. a. ذُلٌّ, ذِلَّةٌ, ذَلَالَةٌ, ذُلَالَةٌ, مَذَلَّةٌ Abiectus vilisque fuit; inde Submissus, humilis et obsequens fuit alicui c. ل p. Kam. II Vilem reddidit, pro vili habuit aliquem c. a. p. Kam. Djauh.; Trivit calca-

vitque viam. ذُلِّلَ الكَرْمُ Racemi in vite demissi aut aequati sunt (ذُلِّيت او سُوِّيت). ذُلِّلَ النخل Racemus palmae impositus est ramo palmae nudo, ut portaretur. *Kam.* IV Vilem reddidit, pro vili habuit *aliquem c. a. p. Kam.*; *etiam* Reperit vilem *aliquem c. a. p. Kam.*; Viles abiectosque socios habuit. *Kam. Dj.* V Submisit, humiliavit *se alicui c.* لِ *p. Kam.* X Vilem habuit, putavit *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; *inde* Contemsit *c. a. p.*; Submissum et obsequentem eo, ut ricinos ab eo depelleret, reddidit *camelum c. a. Kam.*

ذِلٌّ Lenitas, submissio *iumenti. Kam. Dj.*; *item* Lenitas animi, misericordia. *Kam.* *Pl.* أَذْلَال Tritus. *Inde* ذل الطريق Trita via, via regia. *Kam.*; Modus, ratio. *Meid.* *Dicitur* امورُ الله جاريةٌ اذلالَها *vel* على اذلالها *i. e.* Res Dei in via sua procedunt. *Kam. Dj.* أَذْلَالُ الناس Hominum inferiores. *Kam.*

ذُلٌّ Vilitas, abiectio animi. *Kam. Dj.*; Submissio. *Corani dictum* لم يكن وَلِيٌّ من الذُّلّ Non parabat sibi amicum, qui ipsi opem ferret et foedus cum ipsa faceret, propter suam vilitatem. *Kam.* (*quae in Kamusi editione Calc. vox* يخالفه *legitur, ea in* يحالفه; *mutanda videtur*). ذُلٌّ ذليل Vilitas magna. *Kam.*; Lenitas animi, misericordia. *Kam.*

ذَلُولٌ *Pl.* ذُلُلٌ *et* أَذِلَّةٌ Commodum et obsequens *de iumento.* (*Huic voci oppositum est* صعب.) *Kam.*

ذَلِيلٌ *Pl.* ذِلَالٌ. *Kam.* (*et* ذُلَّان. *Dim. Huds.*), أَذِلَّاءُ, أَذِلَّةٌ. *Kam. Dj.* Abiectus, vilis, submissus, contemtus. *Kam. Dj.*

ذُلَّانٌ (*et Pl.*) Vilis, abiectus. *Kam.*

ذَلُولِيٌّ *Pl.* ذَلُولِيُّون Miti et facili animo praeditus *de homine. Kam.* (*Quod in Kamusi editione Calc.* حسن الخلق *legitur, rectius enunciandum videtur* حسن الخُلُق.)

أَذْلَالٌ (*Plur. sine Singulari*) Status, conditio. *Inde* دعه على اذلاله Sine eum esse in statu suo. *Kam. Dj.* جاء على اذلاله Suo modo venit. *Kam. Dj.* اذلال الناس Homines postremi, infimi ordinis. *Kam.*

مَذَلَّةٌ Vilitas. *Inde* عَيْرُ المَذَلَّةِ Palus, paxillum. *Kam.*; Homo vilis et submissus *comparatur cum paxillo* هو كعير المذلة.

اِذْلَوْلَى Properavit, festinavit. *Kam.*

ذُلَّاحٌ Lac aqua mixtum. *Kam.*

ذَلْذَلٌ, ذِلْذِلٌ, ذُلَذِلٌ *Pl.* ذَلَاذِلُ Inferior pars tunicae longae. *Kam.* *Inde* ذلاذل الناس Homines postremi, infimi ordinis. *Kam.* (*Djeuhario Singularis est* ذُلْذُلٌ).

ذِلْذِلٌ *idem quod* ذُلْذُلٌ. *Meid.*

ذَلْذَلَةٌ, ذِلْذِلَةٌ, ذُلَذِلَةٌ *Pl.* ذَلَاذِلُ Inferiores partes tunicae longae. *Kam.* Ag. VII p. 123, 1 v. 5.

ذُلْذُلَاتٌ *inde* ذلذلات الناس Postremi, infimi ordinis homines. *Kam.*

ذُلَيْذِلَاتٌ *Id. Kam.*

تَذَلْذَلَ Vacillans et laxa fuit *res. Kam.*

اِذْلَعَبَّ Celeriter et properanter abiit. *Kam.*

مُذْلَعِبٌّ In latere suo recubens. *Kam.* (*Hanc vocem esse adnotatam a Djeuhario sub radice* ذعلب *vituperatur a Firuzabadio.*)

ذَلَجَ Sorpsit *aquam c. a. r. Kam.*

ذَلَغَ *V. a.* 1) Inivit *feminam c. a. p. Kam.*; 2) Comedit triticum (طعام), *vel* Cribravit. (*In editione Kamusi Turc. legitur* سفسف Cribravit; *in editione Calcutt.* سغسغ Imbuit pinguedine *cibum*); *vel* Edit rem lenem, mollem. *Kam.* VII Molles tulit dactylos *palma. Kam.*; Pelle nudatum et vulneratum ex onere portando habuit dorsum *iumentum.*

ذَالِغٌ Pessime ridentis hominis cognomen. *Kam.*; Res omnium pessima. *Kam.*

أَذْلَغُ *et* أَذْلَغِيٌّ Penis. *Kam.*

مِذْلَغٌ *Id.*

مُتَذَلِّغٌ Res omnium pessima. *Kam.*

ذَلِفَ *n. a.* ذَلَفٌ Parvus et aequali mucrone praeditus fuit *de naso. Kam. Dj.*; *aliis* Parvus simulque tenuis aut crassus fuit; *aliis* Aequali, non crassa mucrone praeditus fuit *nasus.* *Tum* Tali naso praeditus fuit *homo. Kam.*

أَذْلَفُ *Fem.* ذَلْفَاءُ *Pl.* ذُلْفٌ Tali naso praeditus *homo. Kam. Dj.*; Talis, qualis sub ذلف descriptus est *nasus. Kam.*

ذَلَقَ 1) Acuit (*cultrum*) *c. a. r. Kam.*; 2) *n. a.* ذَلَق Disertus, promtus fuit ad loquendum *de lingua. Kam.*; 3) Debilitavit (*ieiunium, ventus fervens*) *aliquem c. a. p. Kam.*; 4) Sterilis exercvit (*axis*). *Kam. conf.* ذرق.

b) ذَلِق 1) Acutus, acuminatus fuit (*de cuspide et de lingua*); Disertus, promtus fuit ad loquendum *de lingua. Kam.*; 2) Vacillavit, commota fuit (*res*). *Dj.*; 3) Luxit (*lucerna*). *Kam.*; 4) Deseruit locum arena asperum eumque commutavit cum loco aqua mollem. *Kam.*; 5) Morti immiuuit *propter sitim* (*aliquis*) *c.* من *sit. Kam. c)* ذَلِق *et* ذَلْقَة Disertus, promtus fuit ad loquendum (*de lingua*). *Kam.* II Acuit *cultrum c. a. r. Kam.*; *n. a.* تَذْلِيق Primum copiosiore pabulo aluit, tum ad consuetum reduxit (*equum*), ut gracilis fieret *c. a. Kam.* IV Commovit *c. a. Kam.*; Acuit (*cultrum*) *c. a. r. Kam.*; Debilitavit (*ieiunium, ventus fervens*) *c. a. p. Kam. conf.* ذرق; Turbavit (*aliquem*) *c. a. p. Kam.*; Incendit (*lucernam*) *c. a. r. Kam.*; Infusâ in latibulum aquâ excivit inde *lacertam c. a. Kam. Dj.* VII Habuit acumen *ramus. Kam.*

ذَلِق Disertus, promtus ad loquendum (*de lingua*); *et iunctim* ذَلِق حَلِق Promta (lingua); Cuspis *de omni re. Dj.*, *et* Mucro cuiusque rei, *pec.* linguae, *et* Locus in trochlea, ubi vertitur axis.

ذَلَق Mobilitas.

ذَلِق *Fem.* ة Acutus, acuminatus, *de cuspide et de lingua. Kam. Dj.*; Disertus ac lingua expeditus (*orator*). *Kam. Dj.*

ذَلْق Disertus, promtus ad loquendum *de lingua. Kam.*

ذَلْق *Id. Kam. Dicitur* لسان ذلق ذليق.

ذُلْقَة Extremitas acuminata *de omni re. Dj.*; Extremitas *rei, ut* linguae, cuspidis; *unde* الحُرُوف الذُّلْقِيَّة Litterae linguales, quae mota sola extremitate linguae efferri possunt: *sc.* ل, ر, ن. *Dj.*

ذَلِيق *Fem.* ة Disertus, promtus ad loquendum. *de lingua. Kam. Dj.*; Disertus promtusque (*orator*). *Kam. Dj.* ذليق طليق Promta (*lingua*).

ذَلْقَة Acumen (*rei*).

حروف ذَلْقِيَّة Litterae ب, م, ف. *De Sacy Gramm. Ar. T. I. p.* 26.

أَذْلَق *Pl.* ذُلْق Acutus, acuminatus *de cuspide et lingua. Kam.*; Promtus disertusque (*orator*); *hinc* حُرُوف الذُّلْق Litterae quae extremae linguae et labiorum ope efferuntur, *sc.* ل, ر, ن *et* ب, ف, م. *Kam. Dj.*

مُذْلَق Extremo vel ore acuminatus. *Djeuh.*; Aqua mixtum lac. ابن المُذْلَق Nomen viri ex tribu Ahlel-Schems oriundus, cuius neque puer nec avi habitaculum nocturnum habuerant, *quam ob causam proverbium uritatum erat* افلس من ابن المذلق „Pauperior quam Ibn-Almudsallak.“ *Kam.*

